

HEZRÆ

Dixitque ei: hac vasa tolle & vade & pone ea in templo quod est in Ierusalem; & domus Dei adificetur in loco suo. Ordo p̄p̄sterus: nam prius adificanda erat domus Dei, & deinde vasa erant in ea ponenda. Tunc Seshazar ille venit & posuit fundamenta domus Dei in Ierusalem: & ex tunc usque nunc adificatur. sed non continuè: intermissum siquidem fuit opus ut prædictum est circa decennium. & nondum complèta est. Nunc ergo si videatur regi bonum, quaratur in domo scripturarum regi qua est in Babel utrum fuerit à Cyro rege possum edificari ut adificareur domus Dei hæc in Ierusalem; & voluntatem regi super hoc mittat ad nos.

CAPVT VI.

Vnc Darius rex præcepit: & quæsierunt in domo scripturarum qua deposita erant in Babel. Non ciuitatis, sed regni est hic nomen Babylon. Et inuenit est in Egyp̄tianis quod est castrum. Iuxta hebreum habetur, in sacculo in palatio, sacculus enim loculus scripturarum existens in palatio publico (puta in palatio cæcellariæ regiæ) significatur. in Medena prouincia. Iuxta Hebreum habetur, quod in Madai prouincia, seu ciuitate, volumen vñ; talisque scriptus erat in eo commentarius. Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrevit ut domus Dei que est in Ierusalem adificaretur in loco. Legendum est. locus in quo immolant victimas. Ipsius domus usus exprimitur dicendo locus vbi immolant hostias. & muri eius fundarentur: altitudo eius cubitorum sexaginta, & latitudo eius cubitorum sexaginta. Quadratum concessit Cyrus adificium comprehendendo septa templi. templum enim ipsum credimus non esse restauratum maius templo Salomonis. Ordines de lapidibus impolitis tres. Iuxta Hebreum habetur. Parietis ex lapide marmoreo terno. Grossitudo parietum quæ describenda restabat describitur: ut videlicet ex tribus lapidibus marmoreis constet. & sic ordines de lignis noui. Iuxta hebreum habetur. & parietem ligni noui. Explicat ligna noua pro interno pariete templi, ne ministri regis ligna non noua dent Iudæis pro interno pariete templi quod Salomon fecerat. sumptus autem de domo regis dabuntur. Omnia haec tacita fuerant superioris in principio huius libri recitado epistolam Cyri. Et etiam vasa domus Dei aurea & argentea qua Nebuchadnezar tulerat de templo quod erat in Ierusalem & detulerat in Babel: reddantur & referantur in templum quod

est

CAPVT VI.

44

est in Ierusalem ad locum suum, quæ ex posta sunt. Hebraicè habetur. & posta erunt in domo Dei. verba siquidem sunt commentarii Cyri: quæ autem subiunguntur verba sunt Epistola Darii.

Nunc Thathenæ dux trans flumen & Setharbozenai & socii vestri, Apharrecha'ia qui est trans flumen: longinqui estote inde. Dismittite fieri domū Dei hanc à duce Iudeorū & seniorib⁹ eorum: & domū Dei hanc adificant in loco suo. Sed & à me preceptum est quid oporteat fieri a presbyteris Iudeorum illis. Iuxta Hebreū habetur. Et à me positum est decretum ad quid quod faciatis cum senioribus Iudeorum illis ad adificantum domum Dei hanc: & de substantiâ regi⁹ qua est tributum trans flumen, adiungitur enim decretum de eo quod faciendū est ab ipsis ducib⁹ trans flumen, & ad quid: videlicet ut de arario regis tribuant ad adificantum domum Dei &c. studiose, iuxta Heb. habetur. citio seu festinè. sumptus dabunt viris his vi non cessent, moras enim tollit. Quod si necesse fuerit. Iuxta Hebreum habetur. Et quod chranteres, subauditur satis ut dentur subiuncta pro sacrificio. & sili taurorum & arietes & agni in holocaustū Deo cali, frumentū, sal, vinum & olearium. Iuxta dictum sacerdotum qui sunt in Ierusalē dabuntur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia. Iuxta heb. habetur. absque defectu. vult enim efficaciter adimplēti iussa. Ut offerant oblationes Deo celi: orantq; pro visita regis & filiorū eius. A me ergo. Legendum est. Et à me positum est decretum. Tertium decretū adiungitur. ut omnis homo qui mutauerit hanc iussionem, tollatur lignum de domo eius & erigatur & configatur in eo, domus autem eius publicetur. Iuxta Heb. habetur. sterquilinium fiat propter hoc, quod erat maioris ignominiae. Et deus qui habitare fecit nomen suū ibi, dissipet omnia regna. Iuxta Hebreū habetur. omnem regem & populum qui miscripsit manum suam ad motandum ad evictendum domum Dei hanc qua est in Ierusalem. Imprecatio est cum professione diuinæ prouidentiæ. ego Darius posui decretum quod studiose impleri volo. Iuxta Hebreum habetur. festinanter fiat. subscriptio siquidem est manu Darii regis.

Tunc Thathenæ dux trans flumen & Setharbozenai & socii eorum secundum quod misit Darius rex, sic diligenter executi sunt. Hebraicè habetur. sic citio fecerunt. ut Darius iussicerat. Aduertere q; ex toties repetita celeritate in hac Darii epistola & executione, innuitur quodd̄ principes trans flumen impediunt fabricam templi tempore Cyri, non penitus negando da-

Kkk

16

HEZRAE

re iussa à Cyro, sed tardando, sed differendo de tempore in tempus, ut parum possent Iudei fabricare. Seniores autē Iudeorū adificabant & prosperabātur iuxta prophetiā Chaggai propheta & Zechar'ia filii Hidde: & adificauerunt & construxerunt. Legendū est & adificauerunt & fundauerūt ex precepto Dei Israei. Sed non caret quæstione quod sequitur. Ex decreto Cyri & Darii, et Artaxerxis Regum Persarū, quo nāq; pacto verifica- ri potest quod templum perfectū fuerit anno sexto Darii ut statim subiungitur, & q; iubente Artaxerxe Darii successore adificatiū sit. copulatiū enim dicitur Cyri & Darii & Artaxerxis, ut intelligamus tres reges secundū planum literā sensum. Solutio est quod hic summantur primi authores adificii nō arctando ad adificiū templi, sed absolute: hoc est ut comprehendit adificium tam templi quā ciuitatis Ierusalē. Cyrus enim & Darius eius gener authores fuerunt adificii templi: Artaxerxes autem Darii filius author fuit restorationis murorum Ierusalem, ut inferius scribitur. Et compleuerunt domum istam. Narratur in specie tempus quo cōsummata est fabrica templi. usque ad diem tertium mensis Adar, hoc est mensis duodecimi in ordine anni inchoantis ab æquinoctio vernali, qui est annus. Legendum est. qui ipse annus sextus regni Darii regn. vbi clare dicitur templum finitū tempore Darii. Et hinc apparet ratio sermonis Iudeorum apud Ioannem Euangelistam ca. 2. quadraginta & sex annis adificatum est templum hoc, à secundo enim anno Cyri usque ad sextum annum Darii, quadraginta & sex anni fluxerunt.

Fecerunt autem filii Israei (sacerdotes & Leuita & reliqui filii transmigrationis) dedicationem domus Dei huius cum gaudio. Non est scriptus aliter dies huius dedicationis: sed & rationi consonat & Euangelicæ historicæ quadrat quod dicto mense facta fuerit. nā dedicationis festum hyemali tempore celebratum fuisse Iohannes Euangelista ca. 10. narrat. Et obtulerunt in dedicatione domus Dei huius tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos: & hircos caprarum pro peccato pro toto Israel duodecim iuxta numerum tribuum Israei. Et statuerūt sacerdotes in ordinibus suis & Leuitas in divisionibus suis super opera Dei in Ierusalem: sicut scriptum est in libro Mosis. Feceruntq; filii transmigrationis pascha quartadecima die mēsis primi. Purificati enim fuerāt sacerdotes & Leuita quasi unus, omnes fuerunt mundi: & immolarent pascha omnibus filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdos- tibus

CAPVT VII.

442

tibus & sibi. Et comedenterunt filii Israei qui reuersi erant de transmigratione: & omnes qui se separauerant à coquinatione gentiū terere ad eos, ut quererent dominum Deum Israei. De Iudeis & proselytis est sermo qui coniuncti erant iis qui venerant ex transmigratione. dispersi enim multi significantur conuenisse ad eos. Et fecerunt solemnitatem arborum sep̄um diebus in letitia: quia letificauerat eos dominus, & conuerterat cor regis Assur ad eos ad roborādum manus corū in opere domini Dei, Dei Israei. Regem Persarum nominat regem Assur, quia reuera erat rex etiam Assyriorum: à quo Assyriorum regno prima venit vastatio Iudeorum, & propterea dicitur conuersum cor regis Assur ad Iudeos.

CAPVT VII.

Post res aut̄ istas in regno Artaxerxis regn. Persarū: Hezdrā filius Sera'ie, filii Hazar'ie, filii Chilci'ie. Filii Salū, filii Zadoc, filii Achitub. Filii Amar'ie, filii Ha- var'ie, filii Mera'ioth. Filii Zerach'ie, filii Huzzi, filii Bucci, filii Abijah, filii Pinhas, filii Elhazar, filii Aharon sacerdotis primi. Ipse Hezdra ascēdit de Babel. Iste Artaxerxes est Datit filius, qui cōmuni nomine vocatur Xerxes: & est rex ille potentissimus à post scriptoribus nominatus. & quantum litera tradit, Hezdras Xerxis tempore post adificatum tēplū ē Babylone ascendit in Ierusalem fultus autoritate & fauore regio: clare enim in hac litera dicitur &, q; post supradicta, & q; non regnante Dario, sed Artaxerxe Hezdras aſcendit de Babylone. Ita q; secunda persona fulta autoritate regia ascendens de Babylone in Ierusalē, fuit Hezdras cum multitudine infra scripta: primum enim ascenderat Zorobabel cū multitudine supradicta, tertia autem persona fuit Nehemias pincerna huius Xerxis, ut inferius patet: qui & dux fuit Iudeorū in Iudea. & ipse scriba velox in lege Mōsis quam dedit dominus deus Israeli. Non à velocitate exterioris actus scribendi cōmēdatur, sed à velocitate ingenii ac doctrinæ in lege Mōsis laudatur: utpote qui respondendo de iis quæ legis Mōsis sunt, promptissimus erat & in soluendis dubiis velocissimus: quid enim laudis cōtinetur velociter scribere characteres in lege Mōsis, potius quam in aliis voluminibus: ex hoc enim quod scriba velox cōmēdatur non absolutè, sed in lege Mōsis quam dominus deus Israeli dedit, manifestatur q; quantum ad notitiam & sensum legis diuinæ scriba velo x dicitur Cū his tamen scito q; dictio interpretata scriba nō à scribēdo

kkk ij sed

HEZRAE

Sed à libro deriuatur, & significat eum qui scit librum: & propteræ legendum esset & ipse literatus velox in lege Mosis, & similiiter corrigere inferius: quia sæpe repetitur. Et hic sensus quadrat vbiique: quadrat & Hieronymo, exponeti scribas hoc est doctissimos. At si quispiam contendat dictiōnem illam deriuari à numero, & legendū esse, & ipse numerato r velox in lege Mosis, sensus in idem reddit: quoniā à numero antiqui etiam poetas nominabant, ea forte ratione quia suprema inter certas scientias est de numero. Undecunq; ergo deriuatio nominis trahatur, significat præditum scientia virum absque determinatione ad hanc vel illam materiam: & propteræ adiungitur in lege Mosis. & dedit ei rex secundū manum domini Dei eius bonam super eum. Superfluit bonam. omnem petitionem eius. Sermone metaphorico diuina gratia appellatur manus Dei: eo quod operabatur reddendo Hezdrā gratiosum regi ad obtinendum quicquid pétit.

Et ascenderūt de filiis Israel, & de sacerdotibus & Leuitis, & can toribus, & ianitoribus, & Nethinim in Ierusalaim: in anno septimo Artaxerxi regis. Ascendente Zorobabel tempore Cyri ascenderunt de tribu Iude & Benjamin & Leui, vt in primo cap. scriptum est: ascendente autem Hezdra tempore Xerxis scribitur hic quod ascenderunt de filiis Israel, ad significandum quod promiscue de quibusunque tribubus Israel ascenderunt cū Hezdra. Et venit in Ierusalaim mense quinto: ipse est annus septimus regis. Repetitio ista ad consummationem itineris refertur, prius enim scriptum est quod anno septimo Artaxerxis inchoauerunt iter, & nunc scribitur quod eodem anno appulerunt. Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babel: & in primo die mensis quinti venit in Ierusalaim, secundum manum Dei eius bonam super eum. Quia Hezra paravit cor suū ad quarrendum legem domini & ad faciendum: & ad docendum in Is rael statutum & iudicium. Aduerte prudens lector quod hinc nō habetur quod Hezdras restaurauerit legē Mosis cōbustam, sed potius oppositum: quoniā si hæc verba referuntur ad volumen legis, significatur volumen legis subsistere: quod enim non exsistit, à nullo queritur. & ideo ex hoc ipso q̄ Hezdras quæsivit legem, hoc est volumen legis, infertur quod volumen legis extabat. Veruntamē literalis sensus est quod Hezdras paravit cor suum ad tria: videlicet ad quarrendum sensum legis, & ad faciendum, & ad docendum: hæc enim commendatione magna digna sunt.

Et

Et hoc exemplar epistola quā dedit rex Artaxerxes Hezra sacerdoti, scribā eruditō in sermonib⁹ & præceptis domini et cœrimonis eius in Is rael. Iuxta Heb. habetur bis scribā: ita quod legendum est. **H**ezra sacerdoti scribā: scribā verborum præceptorum Iehouah & statutorum eius super Is rael. Ut dictum est, legēdum est literato literato verborum &c. & propteræ Hezdras postquam dictus est literatus, explicatur materia circa quam versabantur literæ eius, dicendo literatus præceptorū summi Dei &c. Ex hoc tamen loco suspicor sumptū esse quod Hezdras restaurauerit legem Mosis: cum tamen volumen legis Mosis fuisse unicum quod cum templo combustū est, incredibile ac absurdum sit, nā nulla authentica scriptura hoc tradit, nulla ratio diuina aut humana suadet ut volumen legis Mosis non fuerit trāscriptum in multa exemplaria tot sacerdūlis defluxis à Mose usque ad combustionem templi. quónam pacto sacerdotes habitantes non in Ierusalem perfectam potuerint habere potitiam legis si priuati fuissent cōmoditate voluminis: quis rex, quæ lex hoc incommodo affecit sacerdotes & Leuitas ac alios studiosos in lege Dei? tā absurdum est hoc ut nec cogitare liceat. Multis itaque existentibus exēplaribus legis Mosis, trahi nequeo ad credēdum quod Hezdras restaurauerit legem Mosis combustam, careamusq; legē & prophetis, habentes duntaxat id quod Hezdras ex eis tradidit. Accedit ad hæc quod anno primo Cyri præsentatus fuit Esaï codex Cyro, quādo Hezdras forte nec natus erat: nam à primo Cyri anno usque ad tēpus quo floruit Hezdras, fluxerunt plusquam anni quinquaginta: ut patet supputanti annos regum Persarum usque ad Xerxem.

Artaxerxes rex regum: Hezra sacerdoti scribā legū Dei cōli dīlīsmo salutem Iuxta Hebræum duæ vñimæ dictiones sonat nescio quid. cōtextus enim requirit ut sonent regiam salutationem in principio epistolarum solitam: nullum autem inueni interpretem satisfacentem mihi: Chaldaica siquidem sunt verba. A me possum est decretum ut cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel & de sacerdotibus & Leuitis ire in Ierusalem tecum vñdat. A facie enim regis & septem consiliariorum eius missus es ad vistantum Iehud & Ierusalem: in lege Dei tui que est in manu tua. hoc est quam in promptu habes docendam sicut ea quæ habentur in manu. Ad instruendum ergo secundum legē Dei in primis missus declaratur Hezdras. Et ad ferendum

KLk iij argentum

argentum & aurum, quod rex & consiliarii eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalē est tabernaculum. Hinc appetat quod primates regni non incredulos se exhibebant diuinæ prouidentiæ quam ludixi prædicabant. Et omne argentum & aurum quod inuenierūt in tota prouincia Babel: & populus offerre voluerit. Legendum est: cum voluntate populi & sacerdotum qui sponte offerrent domui Dei suis quae est in Ierusalem, non enim est sermo de omni argento & auro Babylonis absolutè, sed de inuento cū voluntate populi ad offerendum, liberè accipe. Superfluunt hæc dictiones. Ut festinanter emas hac pecunia tauros, arietes, agnos, & munera & libamina eorū: & offer ea super altare domus Dei vestri quae est in Ierusalem. Et quicquid tibi & fratribus suis placuerit de residuo argento & auro facere: iuxta voluntatem Dei vestri facite. Et vasa quae dat a sunt tibi in ministerium domus Dei tui; redditoram Deo in Ierusalem. Et cetera necessaria domus Dei tui quæ tu dare habebis; dabis de domo thesaurorum regis. Et ex me ego Artaxerxes rex posui decretū omnibus thesaurorum qui sunt trans flumen: ut omnia quæ petierit à vobis Hezra sacerdos scriba legi Dei cœli, absque mora detis. Usque ad argenti talenta centum, & usque ad tritici choros centum, & usque ad vini bathos centum, & usque ad bathos olei centum: sal vero absque mensura. Omne quod est ex decteto Dei cœli, fiat cito domui Dei cœli: ne forte irascatur contra regnum regū & filiorum eius. Vobis quoque notum facimus de omnibus sacerdotibus et Levitis, catoribus ianitoribus, Netibinias & ministris domus Dei huius: quod non est facultas impoundi super costritutū, rectigal & redditum. Aduerte quod etiam reges Persarum exemptos faciebant sacerdotes & ministros diuini cultus à publicis oneribus. Tu autem Hezra secundum sapientiam Dei tui quæ est in manu tua, constitue iudices & praefides qui iudicent totum populum qui est trans flumen, omnes scientes legem Dei tui: & eos quis nescire facite. Et omni qui non fecerit legem Dei tui & legem regi, diligenter iudicium. Parvi refert quod hebraicè habetur. cito iudicium fiat de eo: siue ad mortem, statuit enim quod iudices constituendi ab ipso Hezdra damnent transgressorē legis, siue diuinæ, siue regiæ: vel ad pœnam mortis &c. Et per hoc patet quod maiorem facultatem habebant iudices Iudeorum sub Persis quam sub Romanis, nam sub Romanis non licebat Iudeis damnare ad mortem, ut Euangelica testatur historia: sub Persis autem cōcedebatur eis etiam iudicium mortis, siue in exilium. Quāvis hebraicè

hebraicè habeatur in eradicationem, tamen exilium significatur: quod est velut eradicationem ex proprio solo. siue in condēnationem substantia & in carcerem.

Et dixit Hezra scriba benedictus dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret dominum dominum quæ est in Ierusalem. Et super me inclinavit misericordiam suam. Legendum est: gratiam coram rege & consiliariis eius & omnibus principibus regis potentibus. gratiarum enim actio scribitur pro beneficio talis epistolæ. & ego confortatus manu Dei mei super me, congregavi de Israel principes ad ascendendum mecum. Executio scribitur clare.

Tisti sunt principes familiarum eorum & genealogia eorum. Quemadmodum in ascensi Zorobabel recensiti sunt ascéndentes cū eo, ita in ascensi Hezdræ recensentur ascéndentes cū eo, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxi regi de Babel. Hinc patet quod ipse Hezdras fuit auctor huius libri: & ex hoc quod describendo ascéndentes prima vice tépore Cyri in cap. 2. non dicit quod ascenderunt mecum, sed dicit cum Zorobabel & multis aliis inter quos non numeratur ipse Hezdras, hic autem manifestè dicit qui ascenderunt mecum, insinuat quod supra diximus: videlicet q̄ Hezdras tépore Xerxis primū ascedit in Ierusalē de Babylone. De filiis Pinchas Gherson, de filiis Ithamar Daniel: de filiis David Chattus. De filiis Sechan'ia, de filiis Par'bos Zechar'ia: & cum eo numerati sunt masculi centum & quinquaginta. De filiis Pachath'moab, El'iehohenai filius Zerach'ia: & cum eo ducenti masculi. De filiis Sechan'ia, filius Iachaziel: & cū eo trecenti masculi. De filiis Hadin, Hebed filius Ionathan: & cū eo quinquaginta masculi. Et de filiis Helam, Iesah'ia filius Hathal'ia: & cum eo septuaginta masculi. Et de filiis Sephat'ia, Zebad'ia filius Michael: & cū eo octoginta masculi. De filiis Iosah, Haddad'ia filius Lechiel: & cum eo ducenti & octodecim masculi. Et de filiis Seliomith, filius Iosiph'ia: & cum eo centum & sexaginta masculi. Et de filiis Bebai, Zechar'ia filius Bebai: & cū eo vigintio octo masculi. Et de filiis Haz'ghad, Iochanan filius Catan: & cū eo centū & decim masculi. Et de filiis Adonicam nonagesimus, & hac nomina eorū, Eliphelet Lechiel & Semah'ia: & cum eis sexaginta masculi. Et de filiis Big'ua, Huthai & Zabbud: & cum eis septuaginta masculi.

Congregavi autem eos ad fluminū venientem ad Ahauam, & manus

Kkk iiiij simus

HEZRAE

sumus ibi tribus diebus: quæsiuque in populo & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. Legendum est. & in sacerdotibus, & ex filiis Leui non inueni ibi. est enim sensus quod inspexit tam in populo quam in sacerdotibus & non inuenit inter eos aliquos ex filiis Leui. Et est sermo de Leuitis ut distinguuntur a sacerdotibus: utriusque enim sunt filii Leui, hic tamè appropriatur filiatio Leuitis qui non erant sacerdotes & erant de tribu Leui. Misij Elsheger & Ariel & Semah'iam & Elnathan & Iarib, & Elnathan, & Nathan & Zechar'iam, & Mesullam principes: & Io'iarib & Elnathansapientes. Et misi eos ad Iddo caput in Casiph'ia loco. Iddo nomen viri esse subiuncta inuenit nominando fratres eius. caput itaque existentium Iudeorum in loco Casphie significatur, ad quem præcipue missa est legatio. & posui in ore eorum verba quæ loqueretur ad Iddo & fratres eius Nethinæs in Chasiph'ia loco, ad adducendū nobis ministros pro domo Dei nostri. Adduxeruntque nobis secundum manum Dei nostri bonâ supernos virum doctissimū. Hebraicè habetur. virum intelletus, hoc est ingenio pollentem. de filiis Machâli, filij Leui filij Israel: & Sereb'iam & filios eius & fratres eius octodecim. Et Chasab'iam, & cū eo Iesah'iam de filiis Merari: fratres eius & filios eos vñ virginti. Et de Nethinæs quos dederat David & principes ad ministerium Levitarum, Nethinæs ducentos & virginti. Hinc appetet quod Nethinæs non est nomen propriu Ghabaonitarum, sed commune omnibus non Leuitis addictis diuino ministerio ab aliis: quales fuerunt Ghabaonitæ dati à Iosua, & isti dati à Dauide & principibus, & filij seruorum Salomonis. omnes isti nominati sunt per nomina.

Et predicau iibi ieunium iuxta flumen Ahaba, ut affligeremur corâ Deo nostro: ad quarecum ab eo viam reclam, nobis & parvulis nostris & toti substantiae nostra. Erubui enim petere à rege robur & equites ad defendendum nos ab inimico in via: quia dixeramus regi, manus Dei nostri est super omnes querentes cum in bonitate. & fortitudo eius & furor eius super omnes derelinquenter cum. Ieuniumque & quæsiuimus à Deo nostro super hoc. Ne minuere viseretur coram ethnicis, diuinæ prouidentia gloriam in cura peculiari erga Israëlitas rectos, sumuit: & propterea ad ieunium auxiliū se conuertit, prudenter cuncta disponens, & ea quæ erat diuinæ glorie, & ea quæ erat necessitatibus populi. & euenit nobis prospere. Iuxta Hebraum habetur. & exaudinit nos quod est signum recti timoris in Hezdra.

Et

CAPVT IX.

445

Et separau de principibus sacerdotiis duodecim: Sereb'iam Chasab'iam, & cum eis ex fratribus eorum decem. Appendiq; eis argenteum & aurum & vasa cōsecrata. Hebraicè habetur. eleuationē domus Dei nostri, hoc est vasa oblata domui Dei nostri, quæ obtulerant rex & consiliarij eius & principes eius, & totus Israhel inuentus. Et appendi super manum eorum argenti talenta sexcenta & quinginta, & vasa argentea centum talentorum; auri centum talenta. Et crateres aureos virginis, drachmarū mille: & vasa arii fulgentis opisimi duo pulchra ut aurū. Et dixi eis: vos sancti domino & vasa sancta, & argentum & aurum quod sponte oblatum est domino Deo patrum vestrorum. Vigilate & custodite donec appendatis eorum principibus sacerdotum, & Levitarum, & principibus familiarium Israhel in Ierusalaim; in thesauris domus domini. Suscepéruntque sacerdotes & Leuitæ pondus argenti & auri & vasorum: ad deferendum in Ierusalaim in domum Dei nostri.

Et profecti sumus a flumine Ahaba duodecimo die mensis primi ut pergeremus Ierusalam: manusque Dei nostri fuit supernos, & liberavit nos de manu inimici & insidiatoris in via. Venimusque Ierusalaim: & mansimus ibi tribus diebus. Die autem quarta appossumus est argenteum & aurum & vasa in domo Dei nostri (uper manum Memremoth filij Vrabe sacerdotis, & cū eo Elhazar filius Pinchas: & cū eis Iosab'ad filius Iesah & Noh'ad'ia filius Binnui Levita. In numero & pondere omnia: & scriptum est omne pondus in tempore illo. Et qui venerant de captiuitate filij transmigrationis obtulerunt holocausta Deo Israhel, tauros duodecim pro toto Israhel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, Hircos pro peccato duodecim: omnia in holocaustum domino. Quanuis ea quæ offerebatur pro peccato non essent regulariter holocausta, quia tamen ista pro multitudine offerebantur populi, sacratiora esse voluerunt: & propterea scribitur quod omnia fuerunt oblata domino in holocaustū. Dederuntq; edita regi safrapi regis & duabus trans flumen: & eleuauerunt populum & domum Elohim. Frustratus subsecutus ex aduentu Hezdra narratur eleuatio tum populi tum templi propter editum regium.

CAPVT IX.

Potquam autem hæc completa sunt. Quantum intercesserit temporis spatium, ignotum est. accesserunt ad me principes dicendo: non sunt separati populus Israhel & sacerdotes & Leuitæ a populo terrarum in abominationibus eorum, Chenahaneorū, Chittæorum, Perizæorum,

rum, Iebusorum, Hammonitarum, Moabitarum, Aegyptiorum. habitantium in terra Chanahan. & Emorarum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi & filiis suis, & miscuerūt semens sanctūm. hoc est dicatum ad propagandum populum Dei. cum populus terrarum, propter periculum enim auersionis à diuino cultu prohibita erat huiusmodi commixtio. manūque principū & magistratū fuit in prævaricatione ista prima. Manus principū narratur prima in hac transgressione, eo quod exemplo eorum alij inierunt connubia cum alienigenis. Cūmque audiūsem sermonem istum, sedi pallium meum & tunicam meam: & enulsi capillos capitiū mei & barba mea, & sedi mārens. Conuenerunt autem ad me omnes qui timebāt verba Dei Israel, propter transgressionem eorum qui de captiuitate venerant: & ego sedebam mārens usque ad sacrificium vespertinum.

Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & sedi pallium meum & tunicam meam: curuauique genua mea, & expandi manus meas ad dominum Deum meum. Et dixi: Deus mi confundor & erubescō leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostra multiplicata sunt supra caput, & delicta nostra creuerunt usque ad colum. A diebus patrum nostrorū fuiimus in delicto magno usque ad diem hanc. Adhuc enim superfites erant multi qui fuerant tempore quo templum combustum fuerat & populus in captiuitatem ductus: & propter hoc subdit. & in iniquitatibus nostris. hoc est in iniquitatibus nostris, secundum patres & secundum nosipatos. traditi sumus nos & reges nostri & sacerdotes nostri in manum regum terrarum, in gladium & in captiuitatem, & in rapinam, & in cōfusionem vultus sicut die hac. Adhuc enim durabat effectus harum peccatarum. Et nunc quasi parum & ad momentum facta est deprecatio nostra apud dominum Deum nostrum. Iuxta Hebreum habetur. Et nunc sicū modico momento fuit deprecatio à Ichouah Elohe nostro. subaudi admissa. Quid autem intendat per modicum momentum, declarat subiungendo. ut dimitterentur nobis reliquie. Legēdum est. ad faciēdum superesse nobis euasōnem. Modicus populus qui ex gratia regum Persarum libertate donatus eusit de exilio ad habitandum in terra promissionis, tanquam modicū momentum appellatur. & daretur pax illius in loco sancto eius. Errore scriptorum corrupta est litera: non enim pax illius, sed Pax illius habetur iuxta hebreum. Et hoc ad modicum spectat momentum ut in loco sanctitatis eius (hoc est in Ierusalem) dederit

dederit Deus clauum vnum. id enim modicū boni quod instauratio templi comprehendebat, appellat clauum in loco sanctitatis eius: eo quod quanvis initium modicum, tamē firmitatis bonum erat: ciuitas enim absque muris erat & inhabitata & patens hostibus. ut illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicā in seruitute nostra. Quia servi suū. erant enim servi regis Persarum, quanvis liberati à servitutibus particularibus. & in seruitute nostra non dereliquerūt nos Deus noster: & inclinauit super nos misericordiam corā regibus Persarum. Sæpe dictum est gratiam legendum esse. vt daret nobis vitam, ut sublimaret domum Dei nostri & extriceret solitudines ciuiū & daret nobis spem. Legendum est. sepem in Ichuda & in Ierusalem. Quia sepibus potius quam muris cingebātur ciuitates, ideo dicit ad dandum nobis sepem in Iuda & Ierusalem.

Et nunc quid dicemus Deus noster post hoc? Haec tenus cōculit præterita delicta cum subsecutis beneficiis concessis à regibus Persarum: modò confert præsens crimen connubiorum cum extraneis, cum prædictis beneficiis, inchoando ab agnatione peccati contra legem Dei. quia dereliquimus mādata tua que præcepisti. Deuter. ca. 7. in manu seruorum tuorum prophetarum dicendo, terra quam vos ingredimini ad possidendum eam, terra immunda est in immunditia populorum terrarum; in abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore ad os in immunditia sua. Nūc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestri, & nō queratis pacem eorum, & bonum eorum usque in eternum. Non ad tempus sed semper seruandam hanc legē ut non commiscerentur cum extraneis significat. ut confortemini & comedatis bona terra, & hereditate faciat filios vestros usque in eternum. Et post omnia, mala pœna: captiuitatis, cladi &c. que venerant super nos in operibus nostris malis & in delicto nostro magno: quia tu deus noster liberasisti nos de iniquitate nostra. Iuxta Hebreum habetur. quia tu Elohe noster prohibuisti in deorsum ex iniquitatibus nostris. Exaggeratio est peccati in huiusmodi cōnubiis cōmisi: ex eo q̄ post has omnes puniones iustissimè percessas, quia tu deus etiam beneficio erectionis nostrę, ne tecūdum iniquitates nostras cōsumus deorsum seu subter et eramus ante gratiam istorum regum. & dediti nobis salutem sicut est hodie. Quāvis Hebraicē legatur in futuro. & dabis nobis euasōnem sicut hanc. sensus tamē in idem reddit: quoniam futuri referit ad præteritū prohibuisti prius. n. dedit eis Deus subleuationem

HE ZRAE

subleuationem coram regibus Persarū & deinde euasionem de alieno ad proprium solū quale tunc habebant. *Vt non conuerteremur & irrita faceremus mandata tua.* Iuxta hebræum habetur. *Nunquid reuertemur ad frangēdūm præcepta tua & affinitatem contrahendūm cum populu abominationum istarū?* Ecce exaggeratio. quia post tot mala contulisti nobis hæc beneficia, nunquid reddemus tibi hæc vicissitudinem ut reuertarum ad frangendum mādata tua, &c. nunquid iratus es nobis. Iuxta hebræum habetur. *nunquid non irascis nobis usque ad consumptiōnem, ut non reliqua & euasio?* Confitetur quod reciduum hoc meretur ut deus irascatur usque ad cōsumptionem omnium ita ut nec reliquus sit aliquis, ita ut nullus euadat. *Domine Deus Israēl iustus tu.* Rationē affert dicti meriti, diuinam iustitiam. quoniam derelicti sumus qui saluaremur sicut die hac. Beneficium euasionis à Deo collatum postremo rememorat & citat carens meritis honorum operum. & ab inchoato beneficio diuino supplicare intendit ut ignoscat prosequēdo bona cepta: & propterea ex parte eorum subiungit. *ecce corāte sumus in delicto nostro. nō in bonis operibus, nō in nostris preceptibus. non enim stari potest. iuste. coram te super hoc rāto excessū.*

C A P V T X.

Sic ergo orante Hezra & implorante deum & flente & iacentē ante templum Dci. Iuxta hebræum habetur. & confessō ipso flente & caidente ante domum Elohim. De confessione peccatorum ad diuinam laudem déque casu voluntario prosternēti se super terram in faciem suam, est sermo. & dēscriptur simul locus in quo orabat: videlicet ante templum, non intus in templo, sed sub diuo publicē ante faciem templi. collectus est ad eum de Israēl carus magnum valde virorum & mulierum & puerorum, quia flevit populus fletum multo. Et respondit Sechan'ia filius Lechiel de filiis Helam, & dixit Hezra: nos preuaricati sumus in deum nostrum & duximus uxores alienigenas de populis terra, & nunc si est paenitentia in Israēl super hoc. Iuxta hebræum habetur. & nunc est spes Israēli super hoc. De spe venie, de spe paenitentiae & emēdationis loquitur: & propterea remedium subiungit percutiendi fœdus cum summo Deo ad abiiciendum uxores alienigenas. Nunc igitur percutiamus fœdus cum Deo nostro ut ciuiiamus omnes uxores & natos ex eis iuxta voluntatem domini. Iuxta Hebræum habetur. in consilio Ichonah, Appellat consilium non ut distinguitur

C A P V T X.

447

guitur contra præceptum, sed ut distinguitur cōtra imprudēs & præceps: offert enim secuturos se non voluntarios impietus, sed prudētiā summi Dei. & eorum qui tenent. Iuxta Hebræum habetur. & tremētiūm præceptum Dei nostri. Secuturos se promittit eorum qui timent offendere Deum, consilium. & secūdūm legem fiat. Surge, tuum est discernere. Iuxta hebræum habetur. quia super te res subaudi pender. & nos erimus tecum: confortare & fac.

Surrexitq; Hezra, & adiurauit principes sacerdotum & Lenitum & totum Israēl ut facerent secundum verbum hoc: & iurauerunt. Quæstio oritur quonam pæcto licuit Hezdræ exigere iuramentum ut exquererentur præpositam sententiam: vide licet abiiciēti tum uxores alienigenas tum natos ex eis, hoc enim postremum non erat lege lanicitum, & impietatem sapit. Solutio est quod iuramentū hoc intelligitur iuxta sensum oblatæ pœnitentiæ: non fuit autem proposita abiectiō natorum absolūte sed cum moderamine secundum cōsilium Dei & timentium eum: & propterea non iurauerunt absolūtē sed cum dictū moderamine. Et surrexit Hezra ante dominum Dei. Legendum est, à facie domus Elohim. Terminus à quo recessit narratur. & iuit ad cubiculum Iehochanan filij El'iasib: & iuit illuc, panem non comedit & aquam non bibit, lugebat enim transgressionem eorū qui redierant de captiuitate. Et missa est vox præconis, in Iehudam & Ierusalaim omnibus filiis transmigrationis ut congregarentur in Ierusalaim. Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta cōsilium principi & seniorū, auferetur tota substantia eius: & ipse eisicitur de cœlo trāsmigrationis. Pœna excōmunicationis significatur. Conuenerunt igitur omnes viri Iehudæ & Bin'iamin in Ierusalaim in tribus diebus, ipse est mensis nonus. in anni ordine inchoantis à sole in ariete, quem nos dicimus mensem nouembrium. in vigesima die mensis: & federunt totus populus in platea domus Dei. Nomen est Elohim. tremētes propter rem & pluuias.

Surrexitq; Hezra sacerdos & dixit ad eos: vos preuaricati estis & duxistis uxores alienigenas ut adderetis super delictum Israēl. Declarat Hezdras facta ab eis cōnubia esse cōtra legē summi Dei. Et nunc date confessionem domino Deo patrum vestrorum. hoc est confiteamini vos peccasse ad diuini nominis laude. & facite volumatem eius: & separamini à populis terra & ab uxoriis alienigenis. Aduerte hic duo, alterū quod non dicit Hezdras

dras ut separetur à filiis propriis natis ex vxoribus alienigenis, sed quod separantur à populis terrarum ut videlicet non habeant eos in sacerdos, generos & huiusmodi. Alterū quod quanvis in lege Mosis non fuerit sanctum ut vxores iā ducetæ quæ erant alienigenæ eiicerentur, quia tamen inhibita erant connubia cum alienigenis habitantibus in terra Chananah, ideo Hezdras connubia illa (ut pote illegitima) dirimenda censuit. Et respondit totus ceterus & dixit vox magna, iuxta verbum tuum ad nos sic fiat. Sed populus multus & tempus pluviarum est, & non est viu standi foris & opus non est diel vnius neque duorum, vchementer quippe peccauimus in sermone isto. Luxa Hebreum habetur, quia multiplicanimus rebellionem in re ista. Ratio redditur quod multo est opus tempore propter multitudinem eorum qui in hoc peccauerunt. Stent obsecro principes nostri in omni congregazione, & omnes qui in ciuitatibus nostris duxerunt vxores alienigenas veniant in temporibus statuis, & cum eis seniores ciuitatis & ciuitatis & iudices eis: donec auerteratur ira furoris Dei nostri à nobis propter peccatum hoc. Igitur Ionathan filius Hesael & Iachaz'ia filius Thic'ua constituti fuerunt super hoc: & Mesullam & Sabbathai Lenita adiuvauerunt eos. Fecerintque sic filii transmigrationis: & separati sunt Hezra & viri capitai familiarium per domos patrum suorum, & omnes per nomina sua, & sederunt in die primo mensis decimi ut quarearent sem. Et consummati sunt omnes viri. Legendum est. Et finierunt in omni, viri qui duxerunt vxores alienigenas: usque ad diem primum mensis primi. Cōsummatio inquisitionis describitur ad primā diem mensis primi tribus itaque mensibus (decimo, undecimo & duodecimo) duravit inquisitio.

Et inueniuntur sunt de filiis sacerdotum qui duxerunt vxores alienigenas: de filiis Iesuah filiis Ioradac & fratribus eius, Mahase'ia & Elihezer & Larib & Gedal'ia. Filii Iosuæ summi sacerdotis, inueniti in hoc crimine narratur, sed non pertinaces: nam de ipsis subditur quod promiserunt eiicere vxores alienigenas, & præter hoc offerre arietem pro delicto. Et dederunt manum suā ut eiiceret vxores suas: & pro delicto suo arietē de onibus offerrent. Et de filiis Immer, Chanani & Zebad'ia. Et de filiis Charim, Mahase'ia et Eli'ia et Semah'ia & Ichiel & Huxxi'ia. Et de filiis Paschur: El'iohenai, Mahase'ia, Iismael, Nethan'el, Iorabad & Elhasa. Et de Leuitis: Iorabad & Simbi & Cela'ia (ipse est Celita) Peshach'ia, Ichuda & Elihezer. Et de cantoribus El'iasib: & de ianitoribus

nitoribus, Sallū & Telē & Vri. Et de Israel: de filiis Par'bos Ram'ia & Iix'la, & Malchi'ia & Mi'amin & Elhazar, & Malchi'ia & Ben'a'ia. Et de filiis Helam: Matthan'ia, Zechar'ia & Ichiel & Habdi, & Ieremot & Eli'ia. Et de filiis Zatihu: El'iohenai, El'iasib, Matthan'ia & Ieremot & Zabad & Haxixa. Et de filiis Bebai: Ichobchanan, Chan'an'ia, Zabbai, Heth'lai. Et de filiis Banis Mesullā, Malluch & Hada'ia, Iaf'ub & Seal Ieramoth ad grauā Pachath'moab: Hadna et Chelal, Ben'a'ia, Mahase'ia & tristitie fuit; Bezal'el & Binnui & Menasses. Et de filiis Charim fluxerant anf'ia, Malchi'ia, Semah'ia, Simbon, Bir'iamin unde apparebat quod De filiis Chafum: Matthenai, Matthaia, Zaludei non instauravali, Menasses, Simhi. De filiis Bani: Mahad'ani & orati corā Dēo Ben'a'ia, Bed'ia Cheluh. Van'ia, Meremot, magne & terribilis, cum Matthenai & Iahasau & Bani & Binnui, sicut est. & gratiam. & Nathan & Huda'ia. Machnadbai, Sasa'i, Sarai, libus mandata tua. Iem'ahu, Semar'ia. Sallum, Amas'ia, Ioseph. De filiis audiēdum ora: Matthith'ia, Zebad'ia, Zebina, Iaddau & Iuel, Benaya. Omnes de Israel ceperunt vxores alienigenas: & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererāt filios. Parvi resert quod hebraicè habetur. & posuerunt filios, quoniam ponere pro parere sumitur. Sed oritur hic quaestio: quia nulla scribitur executio, sed finitur liber in narratione inuentorum in hoc crimine. lege enim totum hoc capitulo, & nullam eiciētiam vxorem inuenies: soli enim filii pontificis in specie promiserunt eiicere vxores suas, nulla autem executio subiungitur. Solutio est quod Hezdras non prævaluit ad execuēdum eiciētionem: ut testatur scripta in ultimo cap. Nehemias. & propterea tacetur hic executio, scribenda in libro Nehemias: à quo fuit executio facta, qualis cuncte tamen: ut testatur ipse Nehemias cap. vltimo, & insinuat cap. decimo, ut ibidem declarabitur. Et sic finitur liber Hezdræ: Romæ die decimonono Aprilis inter agititudinem longam.